Fragmentarium

Bulla Calixti tercij de canonisacione beati Vin-
cencij confessoris et doctoris egregij de ordine fratrum predicatorum

Calixtus episcopus servus servorum dei Ad perpe-
tuam rei memoriam In mensam dei nostri potenciam
in eo permaxime cognoscimus quod hominem quem ad suam
ymaginem et similitudinem creauerat a se proprio in-
comutabili bono dolo serpentis auersum volens
virtutis sue brachio adducere et culpe ipsius reparare
lapsum non est vsus humane ministerio vt sua mi-
rabilis potencia inde medelam ferret vbi vulnus
tenebat illatum ac ut bonitatis sue debitor homo ipse
et obnoxius permaneret Et primo quidem omnipotens
eius sermo dilapsus est in prophetas vt diuini
secretum cognoscentes preces ac humane reparacionis
spem habentes soli deo servirent primique dominum adorarent
ac posteros adorare docerent Deinde autem in fine se-
culorum verbum suum in quo et per quod secula fecit de celo
misit Eo carne humana assumens eterne vite viam
ostendit Demum vero in corpore suo culpam primi parentis
diluens in ara crucis eterna redempcione inventa ia-
nuam paradisi nobis apperuit Ac ut eiusmodi
incarnacionis et passionis vitas innotesceret apostolos
suos quos in vite et verborum operumque testimonium
elegerat ac discipulorum quandam multitudinem in vni-
versum mundum ad predicandum instituerat misitque
qui luce predicacionis sue velud solis quibusdam
radijs illum illuminauerit Verum sic habundat
per temporis successum dyaboli iniquitas quod antiqua fraude

BIBLIOTHECA PALAT.
VINDOBONENSIS

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 4956, Cod4956_1r – Sacramentarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-37wo/2591/29758)